

GEORGIVS DE GEMMINGEN SPIRENSIS CANONICVS.



Georgius de Gemmingē nobili familiā genitus à pueris literas amauit & didicit. Itaq; sele ad multas Academias contulit, & in uirum doctissimum euasit. In primis autem iuris prudentiæ operam dedit, & legum eximius interpres factus est. Erat præterea Philosophus, & liberalium artium ipsiusq; artis poëtices peritus. Is tandem ex scholis lese Spiram contulit, atque cathedralis eius ecclesiæ canonicus constitutus fuit. Paulo post etiā cum præpositus Collegij eius esset mortuus, Georgius propter eruditionem & uirtutes ei surrogatus est. Scripsit is rarioris argumentilibros, ipsos milites & militiam spectantes, nimirum de ratione Duelli, de machinis bellicis, & de cura equorum & militum, cum alijs huiusmodi. Postea uero etiam sacris literis operam dedit, & plurimum in ijs progressus est. floruit sub finem Friderici Cæsaris, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Trit.